





1659, 19  
493  
21

# DISPUTATIO INAUGURALIS *De* DISPENSATIO- NIBUS,

*Quam*

DEO Uno & Trino feliciter annuente

Ex Decreto & Autoritate

Magnifici ac Nobilissimi J<sup>c</sup>torum Ordinis in Illustri Academia  
JENENSI

P R E S I D E N T E

V I R O

Nobilissimo, Consultissimo, Amplissimo atq; Excellentissimo

DN. ERNESTO FRIDERICO  
SCHRÖTERO, J.U.D. Prof. Publ. meritissimo, Consiliario Saxon. Curiae Provincialis & Scabinatus Adseffore gravissimo, hodiē Decano Juridicæ Facultatis Spectatissimo,

Patrono, Promotore, Præceptore ac Hospite statèm observanter suspicioendo

## PRO LICENTIA

Summum in Utroq; Jure Nobilis Docturæ gradum ejusdemque Honores, Privilegia & Insignia competenter ac rite capessendi,

*Publica Eruditorum disquisitioni s<sup>e</sup>ssit*

CHRISTOPHORUS VÖLSCHENIUS,

Wustrovensis Brunsvicus,

In Auditorio Juridico

Ad diem 22 Februar. horis pro & pomeridianis.

JENÆ, Literis JOHANNIS NISII, cl<sup>o</sup> loc LIX.

24.





P R A E F A T I O .

Ihil certè, benevolè Lector, est, quò illustriorem gloriā unquam Princeps referre possit; quām ex clementia, & pœnarum dispensatione, *Antimachia-*  
*vellus lib. 3. pag. 600. & 657.* Hæc enim fuit quæ Pa-  
rentes populi fecit Augustum & Ludovicum XII.  
Regem Galliæ, liberatorem populi appellari fecit.  
Herculem & Titum Flaminium: Antoninum pii,  
Trajanum boni, Aristidem justi, & Salomonem pacifci cognomine  
ornavit: Ea est, quâ subditorum amorem sibi conciliare, ac populi in-  
vidiam, quæ alias nimirū asperitate contrahitur, à se derivare potest.  
Cùm contrà rigorosa crudelitas invidiam & odium subditorum irre-  
conciliable pareat, exitiumque non raro afferat, ut rectissimè dixit  
Ovid.

Dextra präcipue capit indulgentia mentes,  
Asperitas odium savaq[ue] bella móvet.  
Odimus accipitrem; quia semper vivit in armis,  
Et pavidum solitos in pecus ire lupos.  
Sit piger ad poenas Princeps, ad præmia velox:  
Et doleat quoties cogitur ire ferox.

Cum quo & convenit *Seneca l. de Clement. 18. & 19.* Quemadmodum,  
inquit, Domini crudeles tota civitate commonstrantur, invisig, & dete-  
stabilis sunt; Ita Regum & injuria latius patet, & odium atque infamia  
seculis traditur. Quanto autem non nasci melius fuit, quām nnumenari  
inter publico malo natos. Excogitare nemo quicquam poterit, quod ma-  
giū decorum regenti sit, quam Clementia, quocang, modo & quocunque  
jure p[ro]positus ceteris. Hacten[us] Seneca. Salomon dicit, quod Cle-  
mentia vera thronum Regis roboret, *Proverb. 20. v. 28.* Addatur  
Grotius *er. de I. B. & P. c. 20. §. 36.* Hæc autem Clementia indistin-  
ctè à Principibus, vel Magistratibus non est exercenda; sed pro quali-  
tate delictorum & personarum, uti in hac nostrâ p[re]fenti Inaugura-  
li Disa

li Disputatione, ad quam elegi materiam Dispensationum, in utroque  
foro tam Ecclesiastico, quam Politico utilem atque frequentem, o-  
stensurus sum; Ne autem sine ordine procedam, breviter dicenda-  
proponam; Et I. Etymologiam & Definitionem. II. Originem. III.  
Divisionem. IV. Causam efficientem. V. Materiam. VI. Formam,  
& VII. Effectum considerabo.

DEUS a: ne cæptis.

## SECTIO I.

De

### NOMINE ET DFFINITIONE.

- 1 **D**ispensationis vocabulum quod attinet, dicitur à dispensando  
i.e. distribueudo, disponendo, vel ordinando. *Can. dispensatio*  
*dis. XLIII.* & Germanicè significat eine hin und wieder/ ein iedes an  
2 seinen Orth/ ratsame Austheilung. Inde Dispensator qui Domini  
rationes atque pecunias disponit, ein Schatz, oder Kämmerer, Meister,  
*Cic. apud Nonium in aia:* Apud latinæ linguae Scriptores & Jctos ho-  
3 monymicè legitur; Ita ut interdum ipsam dispensatoris functionem  
4 seu munus denotet *Sueton. in Ottone cap. 5.* item in *Vespaf. cap. 23.*  
5 Administrationem, ut dispensatio ætarii *Cic.* Et sicut Græci οἰνο-  
μίας vocabulo de incarnationis Christi mysterio, ejusque humana natura;  
Ita Latini eadē in re Dispensationis usi fuerunt, *ut docet*  
6 *Fulgentius lib. 1. de Incarnatione Christi, cap. 1.* Causam appellationis  
Cyrillus aperit, in *Epist. ad Successum Isaurie Episcopum.* Tandem  
ναταρχεῖσθαι sumitur, & denotat alicujus juris relaxationem, Ger-  
man. eine Nachlassung/ oder Linderung. *Cap. Quintavallia,* extre de  
jure. *Can. dispensationes, Can. didici I. quaest. 7.* Diciturque vulnus,  
7 quæ jus vulnerat. *Can. ipsa pietas, 24. q. 4. ibid. Gl.* Et hæc ultima si-  
gnificatio genuinam Disputationis rubricam designat, cuius enu-  
cleatio ideo fuit præmittenda, quia instituti mei scopum declarat.  
8 *Arg. l. n. ff. de J. & J. l. 1. de R. C. & l. 13. §. 13. de rebus dubiis.* Sy-  
nonyma varia hujus vocis sunt: Clementia l. 23. §. 6. C. de Nupt. l. 1.  
2. in fin. l. 3. C. de his qui ven. etat. impe. Nov. 53. cap. 6. can. exigent  
l. q. 7 Indulgencia. l. 4. 7. 10. 12. C. de senten pas. can. didici l. q. 7. l. 1.  
de test. mil. Nov. 139. cap. 1. nov. 147. cap. 2. Humanitas, arg. l. 6. §. 3  
ff. de



425

ff. de his qui not. infam. l. 3. C. de Episcop. and. Relaxatio, Nov. 141. in  
fin. can. 6. I. q. 7. Beneficium, l. 2. C. de his qui ven. et. l. 3. ff. de con-  
stit. print. Benevolentia, & Moderatio, l. 23. C. de Nupt. Lenitas, l. 5.  
§. i. C. ad L. Jul. Maj. Venia, l. 5. §. 2. & 7. & t. t. C. de his qui veniam  
etat. Auxilium, l. 2 C de his qui ven. Favor, l. 16. ad Sct. Sillan. Re-  
missio l. un. ff. de remiss. can. Donatum l. q. 7. Gratia l. fin. pr. ff. ad  
municip. l. 1. §. fin. de quæst. cap. 14. A. B. Exposita voce, ad descri-  
ptionem materiæ progrediendum arg. l. 1. §. 1. & 2. ff. de pæt.  
Et definitur Dispensatio, quod sit provida juris com-  
munis relaxatio, utilitate sive necessitate pensata  
arg. can. 5. I. q. 7. §. nisi rigor. & seq. adde Specular. lib. 1. part. 1. rubr.  
de dispens. Carpz. & ibi allegat. in jurispr. forens. part. 4. constit. 24.  
def. 14. n. 1. Gl. ad Clem. 1. de præb. & dign. Duxi, provida relaxatio, ro  
quod nempe nunquam sine deliberatione fit dispensandum. cap. ult.  
de transact. Alioquin potius dissipatio, quam dispensatio esset dicen-  
da. Specul. d. loc. **Juris communis:** Quæ verba designant ca. II  
nonum & Legum rigorem, sive austoritatem juris stricti l. 8. C. de jud.  
Aliquando ad terrorem ut in can si quis Episcopum II. q. 3. & can. Neg.  
dist. 88. Ne autem per verba: Juris communis relaxatio: intelliga. 12  
tur æquitas, talem distinctionem apponam. Æquitas, quæ est medi-  
um inter rigorem & dispensationem juris d. l. 8. C. de jud. can. fra-  
ternitatis dist. 34. c. fin. de Transl. legem tantum interpretatur;  
Dispensatio vero ex urgenti causa in certo casu tollit legis obligatio-  
nem, vid. Grot. d. tr. de I. B. & P. cap. 20. §. 27.

## SECTIO II.

De

## ORIGINE.

Si ex Pontificiis queramus, unde Dispensationes sive Indulgentiæ  
sortum habeant, non magis illi inter se convenient, quam capita-  
vulpium Simsonis. Sunt 1. qui Dispensationes ex Scripturis derivant,  
& quidem ex textu illo, ubi Dominus Petro claves cœli commendat, &  
dat ei potestatem ligandi & solvendi (*solutione dicunt Dispensa-*  
*tiones sive Indulgentias notari.*) Alter locus habetur<sup>2</sup> Corinth. 2. Si  
quid donavi vobis propter vos, hoc donavi vobis in persona Christi;

A 3

quâ



3 qñ donatione innui Indulgentias dicunt. Verum ex illis ipsis, qui  
Indulgentias Papales probant, sunt duo eximii Durandos, ad 4. sent.  
diss. 20. & Antonius parte 1. tit. 10. qui disertè fatentur, quod nemo  
4 ex antiquis Doctoribus hos textus ita exposuerit. Alii derivant il-  
las ex verbo Dei non scripto, seu ex perpetuâ Ecclesiæ traditione; ita  
Sylvester Pierius contra Lutherum scribit, Indulgentias nonnotuisse,  
5 autoritate Romanæ Ecclesiæ. Sed rectius Alphonsus de Castro judi-  
cat lib. 8. adversus hereses, inter omnia, inquit, de quibus in hoc o-  
pere disputamus, nihil est, quod minus aperte Sacra literæ tradunt,  
& de quo minus dixit antiquitas, quam de Indulgentiis, parum, o-  
6 minus nullum in iis habetur. Alii fundari putant non tam in anti-  
quâ, quam in recenti factâ de Ecclesia determinatione; quia ea in-  
determinando infallibilis creditur ab illis, & hæc est sententia Al-  
7 phonsi. Plerique autem ex Scholasticis Dispensationum Papalium  
autorem faciunt Gregorium, quem ob Sanctitatem & suo merito Ma-  
gnum vocarunt, de quo Thomas scribit: Papa Indulgentias &c. Ad  
4. senten. diss. 20. Eadem tribuit Wilhelmus Antisiodorensis qui sum-  
mam Theologicam scriptit. Hos duos cæteri quasi agmine fa-  
cto sequuntur. Sed orbis eruditus tamen dubitat, quia per integrâ  
8 sex secula ne unicus quidem fuit, qui id de Gregorio scriptit, quam illi  
9 duo prædicti. Nostræ memorie Pontificii plebeculae rudi de Indul-  
gentiis persuadent eas esse de Symbolo Apostolico, quas ipsi inse-  
ruerunt. vid. Agenda Eccl. Mogunt. sub ArchiEpisc. Wolfgangano an-  
10 no 1599. edita. Bonifacius Octav. anno 1300. aliud remedium horrea  
Dispensationis aperiendi invenit; instituit enim annum Jubilæum  
secularem 100. anno peragendum, ut videre est ex ejusdem Bulla, quæ  
extat in nostro corpore Canonico Extravag. comm. de pænit. quo o-  
mnibus devotè Apostolorum limina visitantibus dispensat Indul-  
gentias, absque mensuræ parcitatem: sed non omnino gratis. Cle-  
mens autem VI. anno 1350. ut plurimi indulgentiarum participes  
11 fierent, pro suâ clementiâ consiliò tamen suorum fratum Car-  
dinalium annum Jubilæum ad quinquagesimum revocavit,  
uti videtur ex Bulla in dicta extravag. comm. posita. Tenente  
12 Papatum Nicolao V. tantus fuit concursus ad jubilæum, & ad  
impetrandam Dispensationem, ut Ecclesiæ non omnes caperent,  
13 multique de ponte S. Angeli in Tyberim sint præcipitati. Cum tem-  
Papa-



Papatum Urbanus VI. nec hic quinquagesimum annum expectare pos-  
tuit, ideoq; annum jubilaeū revocavit & annū XXXII, quod id exatis  
habens Christus cum mortem pro nobis oppetiisset. At minimē eum  
viderat, veneno aut ægritudine luci subtractus, Bonifacius igitur IX. 14  
vorago pecuniarum insatiabilis institutum ab Urbano VI. celebravit.  
Et quia incepit Papatum suum anno seculi 98. subsequenti centesimo  
à primā Jubilæi institutione iterum repetit, & ita bis jubilaeū cele-  
bravit. Paulus II. annum 33. expectare noluit sed ad vigesimum quin-  
tum transfluit. Alexander VI. lucri faciendi causa instituit ut jubi- 15  
laeū non solum Romæ, sed etiam in longissimis distis regionibus  
celebraretur. Polydo. Virg. Anno 1513 thronum Pontificium consen- 16  
dit Leo X. quem Lutherus prostravit. Hic novum modum commu-  
nicandi indulgentias sive Dispensationes invenit; misit enim per om-  
nia Regna, per omnes Provincias, per omnes angulos mundi literas,  
quibus (*interventu tamē pecunia*) indulgentias liberaliter promitte-  
bat. Hi Indulgentiarum nundinatores, cum venissent in Germani. 17  
am impiè agere cœperunt, & non modo cuilibet absolutionem à quo-  
cuque commisso scelere, utcumque immani paucis grossis remitte-  
bant; Sed de committendo crimen absolvebant: Redemptionem a-  
nimæ ex purgatorio promittebant, si decem solidos (10 fl.) darent...  
Quid? Eo usque eorum impudentia processit, ut in tabernis expone-  
rent Indulgentias. Tandem B. Lutherus divino Spiritu animatus 18  
contra has nundinationes Indulgentiarum, quas imprudenter fuisse  
traductas, uti omnes Pontificii hodiè fatentur, anno 1517. in templo  
arcis Wittebergensis concionari, disputare, & scribere incepit, & cum  
aliis Pontificiorum erroribus hunc abrogavit vid. *Cass. Klock. tr. de*  
*Ænrio. lib. 2. cap. 149. n. 40. & seqq.* Et hæc de Pontificum Indulgen- 19  
tiarum & Dispensationum origine. Principum autem & Magistra-  
tuum Dispensatio circa leges Civiles & criminales originem solum  
trahit ex clementiâ & misericordiâ eorum, quibus id solum ex 20  
plenitudine potestatis & superioritate competit. Specul.

*d. Rubr. S. de origine Dispensationis.*

SECTIO III.

De

DIVISIONE.

Ividitur Dispensatio ratione objecti, ut alia sit Canonicarum,  
sive Ecclesiasticarum, alia Civilium, alia criminalium causarum.  
2. Species suahab et subdivisiones & dicitur alia de injunctis, alia per  
3. flagella, & alia quæstuaria. De Injunctis, dicunt fuisse etiam in  
veteri Ecclesia; quæ est remissio præfinitæ satisfactionis vel omni-  
moda condonatio. Speciei hujus exemplum vid. in can. 43. dist. 50. &  
4. rationes, ob quas hæc Dispensatio fuit admissa referunt has, 1. ob  
persecutiones quæ tunc temporis erant frequentes. Ne isti qui inter  
5. pœnitentes stabant, ad mortem raperentur; ante tempus pœnitentie  
præfinitum restituebantur communioni. 2. ob adversam valetudini-  
nem; ne ligamine Ecclesiæ districtus decederet, dabatur ei reconciliatio  
6. per Dispensationem. 3. ob summum contritionis fervorem;  
erant enim interdum egregia documenta charitatis in pœnitente,  
propter quæ restituebatur ante præstitas satisfactiones Canonicas, &  
hæc Dispensatio vocata est Indulgentia per pœnitentiale relaxatio-  
7. nem. 4. propter pœnitentarios, qui sæpè malè versati erant in S. Ca-  
nonibus, & indiscretam imponebant pœnitentiam, quod cum cæteri  
sentiebant, succurrebant pœnitenti per Dispensationes, & aliquid re-  
laxabant de rigore indiscreto. Altera Dispensatio per Flagella,  
quæ aliás fuit inaudita, & à Monachis inventa, per Flagella enim pœ-  
nitentia fuerunt redimendæ, de qua vid. Surium die 4. Octob., qui  
recenset etiam aliam speciem per scopas & aliam per psalmодias: &  
hoc ita, ut qui annum pœnitentia agere jussus, per Dispensationem illam  
redimere potuit millenis scopis i. e. millenis virgarum verbera-  
tionibus; has scopas iterum redimere potuit 10. Psalmorum modu-  
latione vid. alleg. Surium d. loc. Tertia species fuit Quæstuaria,  
de cuius ortu variaz sunt lententiaz: Ejusque modus describitur in can.  
5. dist. 82. Dicitur autem Quæstuaria, quia Pontifex interventu unius  
vel alterius denarii dispensavit; qui mos dispelandi mirum in mo-  
dum placuit Pontificiis, quia Pontifici sive patrimonio Perri aliquot  
10. auti tonnas peperit. plura vid. apud Marc. Anton. de Domin. Alias  
qua-



quatuor species dispensationum unam sc. semiplenam, alterā plenam,  
 tertiam pleniorem, quartam plenissimā, vide benē declarantem & ea-  
 rum effectum ponentem Hostiensem in sum. Rubr. de hereticis. §.  
 quando, & qualiter, n. 12. in fin. 215. sed queritur &c. Causarum civili- 12  
 um Dispensatio est quando quis legitimè, dominio vel cuiunque suo  
 juri civiliter competenti renunciat, ut eodem vel in totum, vel pro  
 parte non utatur arg. l. 29. C. de paſtis. l. 20. ff. de paſt. dotal. l. 2. ff. si  
 quis à parent. manumiss. Criminalium autem causarum est Dispen- 12  
 satio, quando læsus transigendo pœnam remittit. l. 18. C. de transact. 12  
 l. 17. §. 1. ff. de paſt, vel quando Magistratus pœnam facinoris relaxat.  
 l. 1. §. fin. ff. de quaſt. l. 3. §. fin. ff. de Offic. Procurat. l. 4. §. fin. l. 11. l. 27.  
 l. 31. ff. de pœnā vel criminis accusationem per abolitionem tollit. l. 8.  
 l. 9. l. 10. l. 21. ff. ad SCt. Turpil. t. t. C. de abolitionibus. Deinde alia est 13  
 Licta, que juri divino, vel juri tertii, non contrariatur. l. 98. §. 8. ff.  
 de ſolut. junctal. pen. & ult. C. de paſtis. Alia Prohibita, que non po- 14  
 test fieri sine decoloratione legum. vid. Can. 23. I. q. 7. adde Speciale-  
 rem diſt. Rubr. de Dſpens. §. genera autem.

#### SECTIO IV.

*De*

#### PERSONIS

quaꝝ dispensare possunt.

In præcedenti Sectione dixi, quod alia sit Dispensatio rerum Cano-  
 nicarum sive Ecclesiasticarum, alia secularium vel civilium: ideo-  
 que necessariò sequitur, quod alia sint personæ Canonice, alia secu-  
 lares, quaꝝ dispensare possunt. Ex his quilibet, qui contra proximum ſu-  
 um juris exequendi potestatem habet, circa eam etiam potest dispen-  
 sare & de jure ſuo aliquid remittere. Is etenim qui dominus est alicu- 2  
 ius juris, quin illud cum aliquo abuſu poſſit minuere, non eſt dubitan-  
 dum l. 7. in fin. & seqq. ff. de Paſt. l. fin. C. qui bon. eed. poſt. c. nemō de R. I.  
 in 6. Ut enim quisq; eſt utendo rerum ſuarū Dominus & arbiter l. 21. C.  
 mandati l. 10. de priv. adiſc. Ita quoque abutendo, ſi abuſus nec in 3  
 publicum detrimentum, nec tertii prajudicium; ſed commodum ver-  
 get, res suas potest administrare l. 25. §. 11. ff. de bared. petit. l. 7. C. de  
 relig. & ſumpi. fun. Qui autem ab alio dependent & propriam juridi- 4

5. Actionem sive jus non habent, prohibentur. Cum autem hodie dispensatio inter jura Principum refertur. teste Reinking de Reg. S. & E. lib. 1. claf. 2. cap. 12. n. 49. Ideoque concludimus firmiter, quod nemini hoc jus competit circa leges dispensare, quam qui jus ferendi vel abrogandi leges habet. Et quoniam Imperator noster summus in imperio Romano est Dominus, ideoque circa leges & poenias dispensare summa illi est potestas, olimque Imperatorum proprium fuit. l. 4. §. 11. l. 2. 27. princ. ff. de pœn. l. 12. & t. t. ff. de sent. pass. l. 2. C. de pœn.  
7. Imper. offer. l. 3. C. de Episc. audien. Hodie tamen status Imperii in vigore juris territorialis Vermöge der Lands Fürstl. Obligavit in suis territoriis quoq; hoc dispensandi jus habent; quod privilegium Reges Romanorum ipsis juratō confirmare tenentur capit. Ferdinandi II.  
8. III. IV. articulo 3. Si tamen suo jure abutuntur, ac in iis dispensant, quæ jus naturale vel divinum lèdunt, Deo & Imperatori ratione reddere tenentur R. J. de anno 1529. §. und nach dem/ & de anno 1530.  
9. tit. von Gotteslästerung. Quoniam Principes terra sunt Dii terrestres Exodi 22. v. 8. Joh. 10. v. 34. Nullus sanè omnino credat, se posse pro lubitu leges naturæ & Dei positivas figere, refigere atque reflectere;  
10. Verium ne quidem à via juris civilis sine justa causa secedere posse hibi persuadeat l. 9. §. 5. de public. & vestigial. l. 51. ad L. Aquil. l. 4. C. de LL. l. 15. ff. de condition. Institution. De quibus Sectione 6. plura. Quæ si autem possit: an Imperator cum Statu Imperii, ne portionem collectarum conferre teneatur, dispensare possit? Et negatur per Capit. Ferdinandi III. & IV. articulo 13. vel 14. Magistratibus quoque civitatum Imperialium hoc jus competere nominatim tradunt Carpz. prax. crim. part. 3. q. 150. n. 19. Justin. Oldekop. fillog. pract. crim. 1. 5. caut. 22. n. 5. & novissime Knipschilt in suo tr. de jurib. privil. civit.  
13. Imperial. lib. 2. cap. 27. n. 1. Minores autem Magistratus, qui non immediatè, sed mediatè Imperio parent; quales sunt in civitatibus municipalibus, quæ olim privatorum loco habebantur, nec jurisdictionem exercere poterant l. 16. de V. S. nullatenus poenam legibus definitam remittere possunt; quamvis habeant potestatem judicandi  
14. de criminibus vel aliis negotiis: Jurisdictionalia enim cum Regalibus confundere maximæ imprudentia est ac temeritatis, quam sententiam confirmant l. 1. §. 4. ad SCt. Turpil. l. 15. pr. ad miscip. l. 8. C. de vi publ. l. 1. de priv. carc. l. 15. ff. de pœnis. Judex bo-

aus ex circumstantiarum ratione quidem dispensare potest l. 37. f. de  
 rei vindic. delictique poenam per viam iustitiae mitigare, quia semper 16  
 poena delicto commensurata esse debet pro portione rei l. 11. 16. prin.  
 ff. de pen. l. 15. ff. de N. G. juncta l. ult. de furt. l. 13. ff. de pen. No. 17  
 autem per viam gratiae l. 37. §. 1. ff. de minor. l. 12. §. 7. ff. de his qui  
 not. infam. Minores enim Magistratus quicquid habent majori ac- 18  
 ceptum referre debent arg. l. 69. §. 1. de legat. l. 9. §. 1. ff. de locat. &  
 si forte vel mandato vel superioris vel speciali concessione, aut etiam  
 legitima præscriptione sibi acquisierint Jurisdictionem, cavebunt ne  
 abutendo potestate eadem rursus priventur Nov. 134. c. 4. t. t. de  
 priv. & excess. priv. Hi enim sunt ministri legum, quare nec la- 19  
 tum unguem ipsi à tenore juris discedere fas erit. l. 13. C. de sentent. &  
 interloc. l. ult. C. Si contra ius vel util. Et nullius applausu in gratiam  
 moveri debent. Nov. 15. c. 1. §. 1. Nov. 83. c. 13. l. 79. §. 1. de Jud. & auctio.  
 hodiè juvat C. eod. aut clementiores esse lege Nov. 82. c. 10. nisi velint 20  
 infamia notam incurrere. l. 8. §. 2. C. ad L. Jul. de vi publ. Itaque ju- 21  
 dices secundum jus novissimum pronuntiata prudentum sequi, poenas  
 executioni mandare tenentur prævio consilio Constit. Carol. art. 106.  
 22. Et hæc dicta sunt de secularibus personis. Nunc supereft, ut etiam  
 de Ecclesiasticis videamus. Ex jure Canonico patet, quod inter eas Pa- 23  
 pa sit supremus, & inter homines nullum superiorem habere, neque  
 ulli subesse, neque ab aliquo judicari velit Can. Si Papa, dist. 40. Can.  
 16. XXV. q. 1. vid. Speculat. rubr. de legato: unde in omnibus ferè ca- 24  
 fibus, paucis exceptis, dispensare potest. Specul. rubr. de Dispensat.  
 Domini Papa. Imò contra jus divinum eura posse dispensare, docet 25  
 Proßer. Farinac. tr. de inquis. q. 6. n. 23. & ibi alleg. ita ut pro regula  
 tradatur; Ei, qui à Pontifice Maximo legibus solutus est divinis, apud  
 Deum immortalē satis cautum esse c. non est, X. de Vot. Bodin. lib. 1.  
 de Republ. c. 1. pag. 153. & quæ sunt encoria ejusdem farinæ plura,  
 quæ vel ipsi Pontifices, vel adulatores eis ascribunt, vid. Paurmeister  
 2. de Jurisdic. c. 3. n. 2. Balibasar Mentzerus Disput. Anti-Pistor. 14.  
 thes. 22. Idem de Regim. Eccles. concl. 34. & seqq. Johann. Azori. Instit.  
 Moral. l. 4. c. 19. 20. & seqq. p. 2. ubi de extensissima Pontificis pote-  
 state latissimè agit. Parens de jur. reg. q. 3. Ex quibus apparet, verissi- 26  
 mum esse, Pontificum gratiam plus valuisse apud multos, quam ratio-  
 nem & pietatem Bodin. 1. de Republ. c. ult. p. 259. Ideoque hanc Pa- 27  
 palis

palis arrogantiæ temeritatem retulerunt Status Imperii protestantes  
inter summa gravamina. Goldaff. Conf. Imp. pag. 36. & 59. ibi: Das  
eiliche Dinge &c. & porro sonderlich bey dem Armen verdamlich seyn  
gesetz / und doch dem Reichen/dieselbe theuer zu bezahlen haben/unb  
Geldes willen zugelassen und erlaubet worden; dadurch nicht allein  
gross Geld und Gut aus Teutschland gen Rom gebracht ist; sondern  
auch Beschwerung der Seelen und Gewissen daraus erfolget / plura  
28 infra Sect. 6. Post Papam sequuntur Fratres ipsius, nempe Cardina-  
les, legati de latere, de quorum potestate , vid. Magnif. Dn. Or-  
dinarius Erasmus Ungepaup Patronus ac Praeceptor meus maxi-  
mum venerandus in prelect. ad. tit. X. de officio Legati quibus et-  
iam in omnibus rebus dispensare licet, exceptis tamen iis, quæ sum-  
29 mo Pontifici sunt reservatae c. 4. de off. legati, quænam autem sint ista  
reservata vid. Specul. lib. 1. p. 1. rubr. de legato §. nunc ostendendum  
30 n. 1. Episcopos, Primate, Patriarchas jus dispensandi secundum Cano-  
nes habere, probat latissimè Speculat. dict. rubr. de dispensat. §. nunc  
31 de Episcoporum dispensatione. Abbatibus hoc jus competere patet  
ex Can. non mediocriter dist. 5. de Consecr. can. carnem , & Can. nun-  
quameod. c. cum ad monasterium. X. de Statu Monachorum, addo  
32 Speculat. d. loc. §. sunt quoque. - Non autem potest dispensare, ut in  
eodem monasterio sint monachi & moniales, per can. diffinimus can.  
33 in nullo Can. monasterio & can. perniciosum c. XVIII. q. 2. Capitu-  
lum, quod Senatui comparatur in eligendo, dispensare posse, vult Spe-  
34 culat. d. l n. 10. Sacerdotes quoque dispensare posse contra canones  
penitentiales assert can. de his dist. 50. de poenit. Et hæ sunt perso-  
35 næ quibus de jure Canonico dispensare concessum fuit. Quia vero  
in terris Augustanæ confessioni addictis personarum Ecclesiastica-  
rum jurisdiction & potestas est suspensa atque restricta, ac ad Principes  
36 vel Magistratus superiores translata, ideo hodie aliud dicendum; quæ au-  
tem occasione hoc factū paucis dieam⁹. Cum enim tota Germania ob  
Religionis dissidium bellis intestinis flagraret inter Carol. V. Imper. &  
Ordines Germaniæ, pro amoliendo interitu Imperii convenit, ut u-  
traque tam Evangelica, quæ & Augustanæ confessionis religio appel-  
37 latur, quam Pontifica in Imperio toleraretur. Etsi enim ab hac con-  
ventione ab initio Imperator planè alienus erat, quia Pontifici grati-  
ficari cupiebat, adeo, ut etiam à Carolo V. Imperatore Luthe-  
rus tanquam manifestus ac perficax hæreticus publico imperii  
decreto



decreto fuerit proscriptus *Johan. Sleidan. lib. 3. comm. pag. 66.* cuius  
 proscriptionis formula habetur verbo tenuis apud Goldastum *con-*  
*stit. imper. Tom. 2. fol. 143.* Multis tamen annis peractis, ut appareat *39*  
 ex historia Sleidani, Thuani *lib. 1. & 2.* tandem per transactionem cau-  
 tum fuit anno 1552. ne propter religionum in posterum cuquam infer-  
 retur molestia *Sleid. lib. 2.4. bis. pag. 784. Waremund. ab Ehrenb. in medi-*  
*tat. pag. 223. & pag. 261.* Cuius transactionis vigor duravit ad annum 1555. *40*  
 quod unanimi proceru totius Romani imperii consensu regnante adhuc  
 Carolo V. ejusque vices gerente fratre Ferdinando Romanorum Re-  
 ge, innita est nunquam satis laudata illa religionis pacificatio, que ve-  
 ré Germaniae palladium dici potest, per quod hue usque viguit & in  
 futurum vigebit S. S. imperii nostri Majestas, *verba hac sunt Petri Sy-*  
*ringi de pace religiosa lib. 12.* Per hanc autem pacificationem religi- *41*  
 osam jurisdictionis Ecclesiastice exercitium suspensum esse, manife-  
 stum redditur ex verbis ipsius pacificationis in recessu imperii de anno  
 1555. ibi, damit auch ob berührte beyde Religionen Verwandten so viel-  
 mehr in beständigen Frieden gegen und bey einander sichen und bleiben  
 mögen: so sol die geistliche jurisdiction wider der Auspurgischen Con-  
 fession Religion/ Glauben/ Bestellung der ministerien / Kirchenge-  
 bräuche/ Ordnungen und Ceremonien/ so sie aufgerichtet oder aufrich-  
 ten möchten/ bis zu endlicher Vergleichung der Religion nicht exer-  
 ciret, gebrauchet und geübet werden. Et statim illa jurisdiction ad *42*  
 principes jure superioritatis est devoluta *Andr. Knichen. de sublimit.*  
*territ. jur. cap. 3. n. 232. Hillig. lib. 17. Donelli enucl. 10. lit. CC. Carpzov.*  
 in *Consistorialibus lib. 1. tit. 1. definit. 2.* Quorum quilibet in suo terri- *43*  
 torio Consistorium, quod plerumque consistit ex Politicis & Ecclesi-  
 asticis personis, constituit: Quod autoritate Princeps urgente necesse *44*  
 sitate de iis rebus, quae alias Episcopis vel prælatis competebant, dis-  
 pensare potest. *vid. Carpz. jurispr. consift. lib. 1. tit. 1. definit. 12.* iis ta- *45*  
 men exceptis, quae sibi soli Princeps vindicat & reservat: uti placuit  
 Sereniss. Elect. Saxon. in ordinat. Eccles. sub rubr. von beyden Con-  
 sistoriis zu Leipzig und zu Wittenberg n. 8. in fin. Wann auch in Ehe-  
 sachen bey denen Consistorien umb dispensation angesuchet würden  
 sollen sich die Consistorialen derselben nicht bemächtigen/ son-  
 dern ledigzeit an Uns gelangen lassen/ und Unsfern fer-  
 ner Bescheid darauf erwarten.

SECTIO V.

De

REBUS, CIRCA QUAS DISPENSA-  
RI POTEST, VEL NON.

1 **E**narratis personis, quæ dispensare possunt; Progrediendum nunc  
2 **D**icitur autem in Definitione, quod Dispensatio sit circa jus; Id vero  
3 vel circa constitutum, vel violatum. Prius quod attinet, quamvis  
4 quidem publicè interficit, ut leges cum ratione latæ æqualiter obser-  
5 ventur, ne distrahatur ab ullius personæ justiori repetitione l. 31. ff.  
6 depositi, aut inæqualitate juris multitudo civium ad furorem  
7 concitetur ac sævitiam; quorum enim æqualis est sanctitas,  
8 corum etiam æqualis celebretur festivitas c. 8. dis. 76. pruden-  
9 tia tamen administrantis Rempublicam sæpiissimè suadere vide-  
10 tur, à jure communi & ordinario esse recedendum, quatenus id ille-  
11 sâ conscientiâ fieri potest. Quoniam autem Dispensatio præprimis  
in jure matrimoniali est frequens, de ea primò distinctè est agendum:  
12 Aut est quæstio de Dispensatione matrimonii prohibiti, de jure natu-  
rali & divino, quod non opinio Magnatum ac Principum constituit,  
13 sed ipsa naturalis ratio & Deus ipse ex immoto pietatis ac virtutis fun-  
14 damento æternum esse voluit: Certe in hoc jure, quod naturalis pudor,  
15 & Divina voluntas constituit, omnem utique dispensationem de-  
negandum puto terreno Magistratui, & multo magis Romanorum  
Præsuli, qui in hoc magnopere sibi placere videtur, dum scandaloso ac  
insano ausu ad satiandam sacram auri famam, eam sibi autoritatem  
tribuit, ut non tantum in Italia, verùm etiam in aliis Regnis ac Regio-  
16 nibus cæcis hominum mentibus persuadere audeat, se omnipotens  
Dei esse vicarium, sejusdemque immotam legem posse mutare, corri-  
gere, emendare ac mitigare: Quod unicuique notissimum erit, si Re-  
gna ac Regiones Papali jugo subjectas inspexerit; docent enim exem-  
pla, quod Emanuel Rex Portugallie duas sorores successivè: Rex An-  
gliæ Heinricus II. Arturi fratri defuncti uxorem; Rex Siciliæ Ferdi-  
nandus sororem Patris sui Joannam duxerit in uxorem, & quidem  
ex Dispensatione Papæ; quam alias Theologi & Politici nostri re-  
spuunt, Magistratui quantumvis summo, facultatem dispensandi non  
com-



competere statuentes. Caspar Brochman. de Conjugi. c. 4. q. 50. Beufst. de  
*Sponsal.* p. 2. c. 56. Sed ille contra legem Dei & proprias constitutiones 12  
 in corpus Canonicum digestas de facto processit, atque ita erravit arg.  
 c. literas X de restit. s. pol. c. sunt quidam XXXV. q. 5. c. cum teneamus  
 X. de præbend. c. Si qn. evir. de re script. can. et si nulla I. q. 7. Objici- 13  
 unt quidam illud generale, quod Petro dictum fuit; quodcunque li-  
 gaveris &c. 2. Quod Papa absolute dispenset contra jus divinum, si 14  
 quidem cum bigamo dispensavit contra Apostolum, i. ad Timoth. 3.  
 not. Gl. in Can. sunt quidam can. lector disf. XXIII. can. præsbyter disf.  
 LXXII. Nec non dispensat in non dandis decimis, a quibus dari 15  
 debent, c. 2. de Decim. quod, contra V. T. c. ex parte d. t. can. decimas  
 XVI. q. 1. Exod. c. 22. Num. c. 19. Lev. 27. & Deut. 24. Sed ad hujusmo-  
 di instantias facilè responderi potest. Resp. enim I. Papa est Petri succes. 16  
 sor & Dei vicarius, (posito sed non concessio) & omne vinculum impe-  
 diens regnum cælorum relaxare potest: E, omnes leges Dei pro lubi-  
 tu dissolvere; Quænam hæc est consequentia? nulla. sciat enim vene-  
 rabilis sc. Pater Papa, quod nulla ratio, nulla causa dari possit, quæ-  
 pez humanum arbitrium excusat à lege Dei c. cum tanto x. de consuet.  
 can. cali. I. q. 7. Et secundo responderi potest, quòd hujus textus vis non 17  
 consistat in relaxatione legum divinarum, sed in remissione sive abso-  
 lutione peccatorum uti ex seqq. verbis hujus oppositi textus patet &  
 minimè ad dispensationem trahi potest. Quod attinet object. secun- 18  
 dam de dispensatione cum bigamo contra Apostolum, i. ad Timoth. c. 3.  
 Resp. secundum Canones, quòd hic dispensatio sit tantum facta usque  
 ad subdiaconatum; CC. enim restinguunt hanc prohibitionem Biga- 19  
 mis tantum ad tres superiores gradus, nempe de Diacono, Presbytero  
 & Episcopo, secus de aliis, siquidem subdiaconatus non erat tunc tem-  
 poris sacer ordo, ita Gl. m. d. c. super eo & can. nullus 61. disf. Ergo non  
 repugnat Apostolo. Est & alia responso, quod textus non agat de 20  
 bigamia successiva, sed simultanea, & non tam excludat secundas  
 nuptias, quæm cælibatum. Et quid si in aliis rebus contra Apostolum 21  
 ex arrogantiâ sua Papali sibi ascriberet hanc potestatem, non sequi-  
 tur etiam contra legem eum dispensare posse, ex eadem ra-  
 tione, quia major sit Apostolo, & supra eum c. puto II. q. 7. sciat enim  
 se non majorem esse Deo, vel supra jus divinum C. inferior disf. XXV.  
 Ad ultimam instantiam Resp. distinguendo; aut præceptum decima- 22

rum.

502

rum respectum habet ad honorem Dei (nam Decimas sibi retinuit in signum universalis dominii c. tua 2. de decim. c. omnes 16. q. 7.) Et in hac consideratione non potest decima universaliter remitti, quod ita honor ipsi creatori non exhibeat: Aut respectum habet ad utilitatem Papæ, quæ ex Decimarum solutione consurgit, eaque suum & suorum fratrum communem concernit: Et in hac posteriori consideratione dispensare atque decimas remittere potest, quia cuilibet licitum est suo juri renunciare l. 58. ff. d. p. c. c. proposuit x. de concess. præbend.

24 Ex quo patescit, quod pontifex nullum fundamentum suæ contrajus divinum dispensationis habeat, sed ex scandaloso conatu ac papali arroganti permittat, quo fidelium cætus ubivis irritetur c. cum inhibito x. de cland. de spons. Et magis meretur nomē dissipationis, quam dispensationis, quia plus dissipat, quam conservat. Sed quid faciendum, si incestæ sive nefariæ nuptiæ de facto sint celebratae, an dissolvenda? Et merito cum Nobilissimo, Amplissimo ac Consultissimo Dn. Georg-Adamo Struvio, Praeceptore ac Patrono meo honorando statuo, omnino dissolvendas esse in syntagma juris Rom. Exerc. XXIX. Th. 50. Circaincestas autem jure gentiū distinguit. Idem, an ita conjuncti separatione petant, & illa decernenda erit: an vero nolint separari, & matrimonium, cum primis copulâ carnali consummatum, non erit dirimentum, sed tolerandum. Beust. d. pr. c. 52. Deken. vol. 3. cons. L. 3. P. 1. t. 2. n. 28 2. pag. 345. Circa incestas verò jure civili (quæ ita analogicè vocantur ut in l. 38. §. 2. de adult.) dispensari posse, prælaud. Dn. Struv. d. loc. tradit.

29 Sunt autem prohibiti gradus, de quibus nulla dispensatio admittitur I. Inter ascendentes & descendentes in infinitum, ut benè adverit Brochmand. Episcop. olim Hæffn. art. de conjug. c. 4. sett. 7. pag. 5079.

30 Unde rectè & verè dicitur, non licere Adamo protoplasto, mortuâ uxore Evâ, si hodiè resurgeret, vel etiamnū viveret, uxorem ducere, quoniam omnes, quotquot vitalem spiritum haurimus, ex eo, cu[m] communi patre nati sumus Gl. ad §. 1. verb. infinitum Inſtit. de nupt.

31 Harprecht. add. §. i. n. 4. Quænam autem personæ sub linea Ascendentium & Descendentium comprehenduntur vid. apud Magnificum, Nobilissimum, Amplissimum Dn. D. Christophorum Philippum Richterum. ¶ Ctim. Comitem Palatinum, Professorem Codicis & Facultatis Ju-ridicæ Seniorem gravissimum &c. Patronum ac Praeceptorem meum ve-nerandum decis. 10. n. 11. adde textus Lev. 18. §. c. 20. l. 12. §. 1. l. 14. §. 1. ¶ §.

502

C. §. 4. l. 15. ff. de R. N. Honestas enim & pudor naturalis prohibet 32  
nuptias inter eas personas, inter quas est respectus paternitatis & filia-  
tionis l. 14. §. 2. ff. de R. N. Et hoc etiam de adoptivis intelligendum asse-  
rit Magnif. Dn. Richt. d. loc. n. 8. Imo etiam in secundo genere affi- 33  
nitatis, eas inter personas, quae parentum liberorum à loco sibi sunt,  
nuptiae sunt vetitæ: Unde privignus à vittici, & hic rursus à privigni 34  
viduā, item privigna à novercæ, & hæc rursus à privignæ viduo abstine-  
re debet: non ob rationem honestatis, sed etiam propter expressam  
juris civilis prohibitionē in l. uxore 15. ff. de R. N. l. 14. §. 4. v. ult. eod. tit.  
Quaritur itaque an in hoc casu Magistratus dispensare possit? Et 35  
quamvis multis negativa placere videtur, rationem ponentes in re-  
spectu paternitatis & filiationis, & textum Levit. 18. vers. 8. etiam  
ad hunc casum extendentes: Vereor tamen ita respectum pater-  
num & prohibitionem nimium extendi; & si concederetur, non male  
forsan ex rationis identitate, unione sc. carnis inter conjuges, & quar-  
cum & quintum affinitatis genus fingi posset, atque sic in infinitum us-  
que prohibito extenderetur divina, quod absurdum esset, & favori  
nuptiarum adversaretur. Negamus ergo, matrimonium prædictis per 36  
sonis esse ita interdictum, ut locus haut sit dispensationi, quam etiā in  
Ecclesiis Augustanae Confessionis Consistoria hoc casu admittunt.,  
Joachim. Beuſt. de spons. & matrim. q. 2. q. 53. Ejusque rei fidem fa- 37  
cit Facultas Theologica Jenensis in Consilio: Ob einer seiner verstor-  
benen Mutter Stieffvaters hinterlassene Wittbe freyen möge? In  
verb. Daß demnach einiges Verbot in Gottes Wort ausgedruckt/uns  
nicht bewußt/dadurch dergleichen verschwâgerte Personen sich mit ein-  
ander zu verehlichen abgestrichet werde/wir zwar der Meinung seyn/  
wofern das Thegelsöbnis und Auffbietung nicht aus sonderbarer Ge-  
fährung und in præjudicium Magistratus belächelen / daß die hohe  
Obrigkeit hierinnen zu dispensiren befugt, vid. Dedecken. vol. 3. Consil.  
Theol. lib. 3. sect. 6. n. 9. fol. 399. II. In linea collaterali æquali in 38 //  
primo gradu nuptias esse prohibitas: puta intensorores & fratres, sive  
ex uno latere, sive ex utroque conjunctos, nec dispensationem admitti  
posse Schultz. in arb. consang. c. 8. membr. 2. n. 86. Sequuntur porro in 39  
hoc gradu Consobrini sive amitini, quibus quidem nuptiae nec jure  
divino Genes. 28. 29. Exod. 2. 2. 9. 20. Num. 36. Jos. 15. 17. Jud. 1. 13. Et  
similibus locis, Nec jure civili prohibite vid. l. 3. l. 17. §. 2. l. pen. §. 1.  
de R.



*de R. N. l. 23. l. 24. de condit. Instit.* Tamen per pontificum decreta  
c. 20. XXXV. q. 3. c. 8. x. de consang. & aff. & hodiè in omnibus refor-  
matis Augustanae Confessionis regionibus prohibitas reperiuntur hasce  
nuptias testatur Tileman. Hesbusius in libello von Ehegelenkissen und  
verbotenen gradibus reg. 4. Besold. in disc. de nupt. c. 10. n. 6. p. 52.  
40 Quia vero haec prohibitio in solo jure municipali & positivo est fun-  
41 data dispensationi datur locus Dn. Carpz. d. l. def. 110. Non autem  
Princeps vel magistratus in gradu secundo consanguinitatis linea ex-  
sequalis, ut quis fratrī aut sororis filiam educat & vice versa patrum,  
amicitiam, avunculum vel materterā valet dispensare: Non enim ra-  
tione humana permittit possunt, quae jure divino sunt prohibita, ut in  
simili dixit Bald. in auth. ad hec C. de usur. n. 2. Et non solum jure  
divino Levit. 18. v. 12. sed & jure pontificio c. non debet x. de consan-  
guin. & aff. can. de consanguinitate can. quādam XXX. q. 5. vid. Carpz.  
42 d. loc. def. CXI. Porro etiā consanguinitas ex fornicatione impedimen-  
to est nuptiis in gradibus prohibitis Levit. 18. v. 9. adde Gerhard. in  
43 loco de conjugio §. 282. In matrimonio incedendo enim pudor natura-  
lis, & jus sanguinis inspici debet l. adoptivus 14. §. 2. ff. de R. N. l. 14.  
44 ff. de R. 7. Andr. Rauchb. p. 2. q. 13. n. 7. Unde à matrimonio quoq; vulgo  
quæstiræ abstinentium l. 14. §. 2. l. 44. §. 3. l. 54. ff. de R. N. l. 4. C. de  
Nupt. nec quisquam inficias ibit, per fornicarium etiam & adulteri-  
num concubitum propinquitatē contrahi, convictus ex verbis Apo-  
stoli: qui adhæret meretrici est unum corpus cum ea i. Cor. 6. vers. 16.  
45 non ergo tam generationis qualitas, an sit legitima, vel illegitima,  
quam ex copulatione carnali orta propinquitas sive sanguinis com-  
munitas in prohibitionibus matrimonialibus attenditur Gerhard.  
46 d. loc. Ideoque si contrahere matrimonium voluerint, opus utique  
habebunt dispensatione, si proximitas consanguinitatis obstat Carpz.  
47 d. loc. defin. 118. n. 6. III. Tandem etiam procedendum ad genera af-  
finitatis. Et incipendum à primo gradu sive genere affinitatis linea ex-  
sequalis, in quo contrahere matrimonium cum defunctæ uxoris soro-  
re & fratris viduā nullo jure licet; ita ut dispensatio quoque sit  
prohibita. De jure civili expressa extat prohibitio in l. 5. l. 8. l. ult. C.  
de incest. nupriis. In jure Canonico can. quādam can. si quis can. dor-  
48 mierit can. concubini XXXII. q. 7. & similib. text. De jure saltem  
divino rem dubiam facere videtur, quod Deus prohibeat uxoris soro-

gem



rem, illâ adhuc vivente in matrimonium ducere *Livit. R. v. M.*  
 Ex quo dissentientes à contrario sensu inferunt, defunctâ uxore, nuptias cum alterâ sorore superstite pro illicitis non haberi: Quæ expli-<sup>43</sup>  
 catio textus quamvis admodum speciosa, ita ut etiâ Excell. *Dn. Christoph.*  
*joachimum Bucholz P. P. Rintel.* moverit, ut operosè ad requisitio-  
 nem cuiusdam Principis hanc opinionem defenderit. Nos tamen pro-  
 pterea negativam supra traditam sententiam non deserimus. Argu-  
 mentum illud à contrario sensu quod attinet, in jure quidem est fir-  
 sum *l. qui testamento s. mulier ff. qui test. facere pos. l. cum lex ff.*  
*de LL.* nisi tamen obstat lex in contrarium. Ea autem contrarietas,<sup>44</sup>  
 videre est ex eod. all. c. 18. v. 6. *Lev.* ubi regula hæc generalis habe-  
 tur; Nullus accedat ad proximam carnis suæ; Sunt autem maritus &  
 uxor una caro *Gen. 2. v. 24. Matth. 19. v. 5.* Ex quo sanè soror uxe-  
 ris redditur proxima carnis, & per consequens ab ejus conjugio ab-  
 stanere affinem oportet. Nec infringunt hanc sententiam verba appo-<sup>45</sup>  
 sita: neben ihr ihr zuwider/ weil sie noch lebet. quia prohibitio per se  
 est absoluta, ne ducatur uxor soror: quæ hunc calum maximè in-  
 cludit, quando uxor adhuc in vivis est; ut hinc, ut supra diximus, à  
 contrario sensu contra regulam certam *vers. 6.* positam non argumen-  
 tari liceat. *Carpz. d. l. def. 91. n. 12.* Verba autem Neben ihr expri-<sup>46</sup>  
 munt calum specialem ob exemplum Jacobi Patriarchæ, qui duas so-  
 tores simul duxit, ne quispiam hoc Patriarchæ factum pro se alleget  
*Brochmand. q. 41. latinus Gerhard. de conjung. §. 347. pag. 515. qui etiam*  
*autoritatem B. Lutheri adducit ex literis ad Spalatinum datis 13. Mar-*  
*tii anno 1530.* Et licet personæ in d. c. 18. *Lev.* non essent nominatae,<sup>47</sup>  
 tamen gradus æque distantes prohibitos esse statuunt omnes ferè  
 Theologos, tam veteres, quam recentiores prout testatur *Job. Gerb. d.*  
*loc. vid. Carpz. Brochman. d. q. 41. art. de conjung. c. 4. adde Carpz. d. l.*  
*2. def. 111. n. 11.* ubi tria posuit argumenta firmissima. Accedunt et-  
 iam rescripta Consistorialia, ex diversis Ducatibus, quæ ubique dis-  
 pensare in hoc casu recusant. Et ex eadem ratione uxorem ducere,<sup>48</sup>  
 fratris defuncti viduam prohibitum est, ob clarissima verba *Levit.*  
*18. vers. 16.* Nuditatem fratris luce non detegito. *Hartm. Pist. obs. 55*  
*192. n. 99. dissentit in explicatione horum verborum & vult ea intelligi*  
*de uxore fratris viventis repudiata, sed non invenit locum, quo illud*  
*probare potuisset, unde etiâ nemo Theologorū hactenus cum illo sen-*

56 sit. Non obstat etiam textus Deut. 25. v. 5. cuius explicationem qui  
57 desiderat, adeat Gerhard. in loco de conjugio n. 319. Nec in affinitate  
locum habet dispensatio Principis vel Magistratus in gradu sive gene-  
re secundo linea inaequalis, si quis nempe uxoris prædefunctæ soror-  
is filiam parilique modo sibi junctam affinem ducere velit: idem e-  
nam est, dicit Carpz. d. l. def. 112. n. 1. 2. defunctorum uxoris sororis sive  
gloris filiam, vel patruis sui viduam ducere: regulam ergo vulgatam, &  
communiter approbatam adhibemus: non modo scil. personarum  
verbis tecenitarum, sed etiam pari in gradu existentium nuptias di-  
ctâ sanctione Levit. 18. § 20. prohiberi videtur, cund. def. 76. n. 4. Mar-  
tin. Chemnitz. p. 3. loc. de conjng. pag. 549. Gerhard. d. loc. § 31. pag.  
58 522. Variæ etiam sunt opiniones circa sponsam fratri defuncti, quan-  
do frater illam ducere cupit, an magistratus dispensare possit. Facul-  
tati Theol. Rostoch. placuit negativa uti patet ex eorum responso:  
Solte Magistratus Politicus unterthäniglich hierüber zu dispensare  
ersuchen werden / musste man zuvor im Gewissen versichert seyn/ daß  
diese Meinung/von des Brudern Braut nicht zu ehlichen/ nur schlecht  
juris positivi were / welches vielanders aus der H. Schrift abjunge-  
men/ Auch mögen endlichen keine exempla, wie scheinlich/ auch diesel-  
ben/in contrarium gelten. Non enim exemplis sed legibus proban-  
dum & judicandum, quod responsum legi potest apud Georg. Dedecken.  
vol. 3. consl. Theol. lib. 3. sect. 2. tit. 2. n. 4. fol. 352. Pro fundamento  
suæ opinionis adducunt textus Deut. 22. v. 24. Matth. 1. v. 19. § 20.  
59 ubi sponsus iudicio maritus censetur, & sponsa pro uxore habetur.  
Contrariam sententiam tuerunt Joach. à Beust. de spons. & matr. p. 2.  
c. 54. circ. fin. Joban. Gerhard. d. loc. §. 263. in fin. quæ etiam Consisto-  
riis Evangelicis verisimilius videtur testante Dn. Carpz. d. loc. def. 121.  
60 n. 7. Ex hac quidem ratione, quod nudis sponsalibus non contraha-  
tur affinitas, nisi sequatur matrimonium §. si uxor Inff. de Nupt. in-  
61 verb. nec sponsam filiis nuprum esse. Mauser ad. d. §. Ad fundamentum  
vero Facultatis Rostoch. Theol. accurate responderet Carpz. d. loc.  
62 Imò licet nuptiae intervenerint & celebratae fuerint, attamen dispen-  
sationi locum esse, si quis fratri sui ab uno tantam latere juncti filii  
sponsam, ab ipso nondum cognitam ducere velit, affirmat Magnif.  
Dn. Richt. qui ita à celeberrimo Collegio Juridico Jen. H. S. zu Mühl-  
63 hausen anno 1632. Mens. Sept. responsum fuisse testatur. Ex dispen-  
satione



tione Principis sponsæ quoque defunctæ matrem ejusvè filiam in uxorem ducere licet; Ratio dispensationis in huc casu potissimum in eo consistit, quod neque propriè affinitas per solam desponsationem sit contracta, nec facta commixtio sanguinis vid. Carpz. & ibi alleg. d. l. defin. 122. n. 18. add. Magnif. Dn. Richer. d. decif. XI. n. 19. Sunt 64 quidem adhuc plures causæ, in quibus dispensatio locum habet, sed quia remotiores, ideoque facilior est dispensatio, & nulla difficultas circa eos movenda. De dispensatione prohibitarum nuptiarum la- 65  
 te vidimus, nunc ordo requirit, ut ostendamus Dispensationem circa tempus, & locū nuppiarum celebrandarū. Notum enim est à ve. 66  
 teri Ecclesia traditum nobis esse, ut tempus Quadragesimale, quod à Telesphoro Pontifice & Martyre institutum esse creditur, testis Am- 67  
 brosio serm. 27. Et Adventus Domini, quod uti à Durando lib. 6. mto. 68  
 mal. cap. 2. refertur, Divus Petrus instituerit tres hebdomadas solen-  
 nes ante Natalem Christi, quæ concionibus pœnitentialibus ac pa-  
 sonalibus destinatæ sunt; & intra quas convivia & nuptias celebrare  
 prohibitum can. 8 c. n. XXXIII. q. 4. qui sumptus ex concilio Hierdensi,  
 & cap. Capellanus X. de feriis; ne tempus hoc, Sacris destinatū detur  
 ebrietati & lasciviae. Ex speciali tamen Principis vel Magistratus Eccle- 69  
 siastici Dispensatione nuptias, ex causa verò rationabili, celebrare per-  
 mitti potest, Carpz. d. l. defin. 151. Et ne à nuptiis eodem tempore re- 70  
 moveantur proclamations, quæ certis temporibus in Ecclesia fieri  
 debent, ex parte, vel in totum & illæ remitti ex dispensatione possunt  
 Carpz. d. l. defin. 139. Extra hoc tempus nuptias diebus festis vel Saba- 71  
 thi non celebrandas esse B. Lutherum Wittebergæ constituisse testatur  
 Baldwin. cas. conscienc. 8. p. 487. Quo etiam pertinet lex prohibitiva.  
 Imp. Leonis & Anthonij. Dies festos, inquiunt, majestati altissimæ  
 dedicatos, nullis volumis voluptatibus occupari &c. in l. ult. C. de fe-  
 ria. Sic & dispensatione Principis vel Magistratus fieri potest, ut sa- 72  
 cerdotalis benedictio manè fiat, ecena autem instituitur vespertina,  
 damit der Sabath gehetliget / und die Zuhörer von Gehör Göttri-  
 ches Worts nicht abgezogen werden. vid. ord. Eccles. Elect. Sax. art. ge-  
 neral. 13. & ord. matri. de anno 16. 24. punct. 5. §. damit auch &c. adde-  
 Carpz. iuri pr. Confess. lib. 2. tit. 8. defin. 155. Expressa etiam est sanctio 73  
 Imperatorum, vidua ne intra annum luctus nubat, si evitare velit pœ-  
 nam infamiae l. b. ff. de his qui nos. infam. l. l. C. de secund. nupt. Quia ve. 74  
 C. 3. rō in



76 in Sacris nulla reperitur sanctio prohibitiva, sed iure civili & me-  
nicipali tantum haec assertio nititur, Princeps dispensare etiam in hoc  
casu potest. *Carpz. d. l. defin. 162.* Et quamvis choreæ sine appendices  
nuptiarum, attamen tempore publici locutus ab iis abstinentium, si evi-  
tare penam arbitriarum velint; Concessione autem Magistratus, vel  
eius familiæ causâ institutus est iustus, choreæ & usus submissorum  
instrumentorum musicalium permitti possunt, non tamen sine perso-  
narum respectu. Et haec de tempore. Nunc de Loco ubi copulari de-  
bet novi conjuges, & quomodo de eo dispensari possit. Et quia copu-  
lato Sacerdotalis est ritus Ecclesiasticus, quo coram facie totius Ec-  
clesiae ab ipso Deo per os ministri novi sponsi copulantur, Conjugium  
piis ac publicis precibus ipsi commendatur, & conjuges de officio suo  
admonentur; ideo æquum est, ut ritus hic Ecclesiasticus in templo lo-  
coque sacro ad ejusmodi actiones destinato peragatur & celebre tur.  
79 *Job. Gerhard. d. l. §. 466. pag. 719.* Cumque matrimonium clandesti-  
num, perinde ac alii contractus clanculum facti præsumptionem frau-  
dis inducat, c. quod latenter s. extr. de R. f. l. pen. C. de Resc. vend. l. non  
80 ex istime ff. de administr. tutor. a Conjugio propterè, tanquam bona  
fidei contractu, jura omnem doli suspicionem amotam, & ne qua-  
quam clanculum, sed coram facie universæ Ecclesiae id ipsum publicè  
institui voluerunt, can. i. XXX. q. 5. junge Gl. in verbu, quod autem.  
*B. Luth. in libello de caus. matrimonii post pr. ne qua fraus ab alterutra*  
81 *parte se possit ingerere Arnis de jure connub. c. 3. sect. 12. n. 8.* Ex speciali  
tamen dispensatione peragitur quandoq; in ædibus privatis copulatio  
novorum conjugum, non autem indifferenter ac quibusvis, vel levius-  
cula ex causâ, sed qui causam iusta fovent, hoc concedendum. Et tunc  
pro illis rationes haec pugnant, quod ibi sit Ecclesia, ubi cætus fidelium  
consistit; Quod si ergo in ædibus privatis ac nuptialibus homines ad  
sacra peragenda convenerint, Ecclesiam ibi esse; & cum etiam alia  
sacra ex iusta causa in ædibus privatis peragere liceat, quare non co-  
82 pulationem. *Carpz. d. l. 2. def. 144.* In casu necessitatis quoque, qua  
nullam habet legem, absque speciali Principis dispensatione, permis-  
su Superintendens copulari possunt nupturientes in ædibus priva-  
tis, si extrema necessitas hoc requirat vid. *Johan. Gerh. d. loc. §. 463i*  
83 *pag. 716.* In tali casu etiam quandoque in consistorio perficitur co-  
pulatio, quando altera pars consummationem detrectat. *Carpz. defin.*

146.



146. n. 9. Imò in Prætorio & foro politico ne sponsus vel sponsa ju- 84.  
dicis decisum eludat à ministro Ecclesiæ copulatio fieri potest vid,  
Bodin. lib. 5. de Republ. c. 5. Neviz. in sylva nuptial. lib. 5. sub tit. quo-  
modo iudicandum n. 48. Reinking. de R. S. & E. lib. 1. cl. 5. c. 4. n. 87.  
In persona copulanti etiam dispensatio locum habet, si nempe Paro. 85.  
chus sive Pastor alterius Diæcœfios admittatur in alieno districtu co-  
pulare. Regulariter enim non permittitur hoc, ne ordinarius Pastor  
reditibus suis defraudetur. Et facit etiam illud, quod ministri Ec-  
clesiæ extra suam Diæcœsin actus ministeriales exercere prohibeantur,  
ut*uti testatur* Joha[n]. Gerh. in loco de minist. Eccles. scil. 7. § 117. pag.  
196. per dispensationem verò Consistorii potest permitti ministro Ec-  
clesiæ, ut extra Diæcœsin actus exerceat ministeriales. Semper autem 86  
debet ad hanc conditionem dispensatio restringi, ut honorarium  
semper ordinario Pastori exsolvatur, quantumvis alii demandetur  
copulatio, sive alijs actus. Si quidem Magistratus eò respicere debet, ut  
ne per ullam dispensationem præjudicetur ministris Ecclesiæ in suis  
reditibus, sed illos potius augeri, quām diminui studeat, ne dignitas  
Ecclesiastica ob paupertatem vilescat Clem. in plerisq. de Elec[t] & E-  
lect. potest. Ordinis ratio nunc suadet, ut nostra sectionis posterius 87  
membrum explicemus; quod consistit in juris violati remissione, quæ  
per principale auxilium fieri solet, & à Dd. communiter dicitur jus  
aggratiandi eine Linderung der Straße. Atque refertur hoc ius in- 88  
ter summa Regalia seu jura Majestatis, quod olim soli Imperatori  
tantum competebat l. 4. ff. de pœn. l. 9. §. 14. eod. l. 27. l. 31. ff. eod.  
& conceditur hodie Statibus Imperii jure territoriali Instrum. Pac. art.  
3. & 8. Capit. Imper. art. 3. confirmato. Et ab illis quotidie practicari  
extra dubium est; unde communiter responsa prudentum terminari  
solent; *Dafern die hohe Obrigkeit des Orts*; dem Gefangenem nicht  
Gnade erzeigen wolte. Ac non est nova hujusmodi dispensatio, si 89.  
quidem & olim apud Judæos consuetudo erat, quā ad corum instan-  
tiām Præses Romanus in Festo Paschatos facinorosorum aliquem,  
quem ipsi elegissent, liberum & impunè dimittere tenebatur Matth.  
27. v. 15. Maro. 15. v. 6. Luc. 23. v. 17. Job. 18. inf. Et Romæ olim, qui 90  
ad supplicium mortis ducebantur, ab hac poena erant immunes, si iis-  
dem Vestalis virgo obviariet, modo juraret, se non data opera, sed  
forte fortuna occuruisse Plinarch. in Numa. Singulare quoque pri- 91  
vile.

505



vilegium sive potius corruptela Cardinalium esse dicitur, ut si obviam  
veniant illi, qui ad supplicium ducitur, impositione pilei eum immunem à  
poena faciunt Bald. in l. additio C. de appell. Lud. Carer. præst. crim.  
92 Cluten. sylog. rer. quot concl. 8. lit. g. Rothmagiensis Ecclesiae Ca-  
nonici adhuc hoc privilegium observant, ut pridie dici, quem in hanc  
rem festum colunt, ex facinorosis hominibus, qui tunc captivi deti-  
nentur, sceleratissimum sibi dedi postulent, quem postquam audive-  
runt confitentem, & ad vitam emendandam admonuerunt, publicis  
ceremoniis, tum in templo, tum in foro contiguo, magnificè adorna-  
to, ab omni supplicio immunem pronunciant Limnaus de jure publ.  
93 lib. 4 c. 8. n. 255. Quod privilegium etiam in Germania Comitibus  
ac Baronibus competere, ut & hi facinorosos supplicio destinatos sibi  
obvios ex carnifiscis unguibus eripere, salvosque abire jubere possint,  
referunt Zasius ad S. pœnales 12. n. 22. Inſtit. de Act. Limna. d. c. 8. n.  
94 274. ubi simile privilegium Episcopο Genevensi datum fuisse refert,  
ut, quemcunque vellet, etiam post latam sententiam, is ab ipso loco  
95 supplicii retraheretur, & liber esset. Cujusmodi tamen dispensandi  
privilegiorum generalitas meritò improbat: adde seq. ubi a-  
96 gim⁹ de forma dispensandi Licit enim liberè Imperantes hoc ius veni-  
am concedendi generaliter & indefinite habeant, tamen bonus Prin-  
ceps qui legitimè suo defungitur officio, nec vult, nec potest quic-  
quam facere, quod juri sit contrarium arg. l. 3. 7. C. de prec. Imp. off.  
t. t. C. si contrajus vel utilitatem ē. Si itaque dolosum aliquod cri-  
men, expressā lege DEI, certā aliquā poena vindicandum noverat, cre-  
dat se harum legum neque autorem, neque Dominum esse Rom. 13.  
v. 4. ideò nec posse legibus Creatoris ac Domini contrariari Deut. 4.  
v. 2. talia namq; crimina, quæ lege moralis sunt mortifera, sine commis-  
seratione vindicanda jubet lex DEI Deut. 13. v. 8. c. 17. v. 12. c. 19. v. 19.  
1. Sam. 15. v. 22. 25. adde Carpz. prax. crim. q. 150. n. 30. quod nisi fecer-  
it magistratus, qui tantum divinarum legum minister est Rom. 13. v. 4.  
cum Achabo terrible audiet summi Judicis judicium: Quoniam vi-  
rum morte dignum dimisisti, erit anima tua pro animā ejus, & popu-  
lus tuus pro populo ejus 3. Reg. 20. atque ita Magistratus non tantum  
seipsum, sed omnes etiam suos subditos extremo exitio exponet. vid.  
Knipschilt. tr. de civ. Imp. priv. Lib. I. c. 15. n. 16. Non igitur Dispens-  
atio pœnae capitalis fieri potest 1. Homicidis voluntariis & dolosis

Gem.



Gen. 9. v. 5. & 6. Exod. 21. v. 12. Levit. 24. Num. 35. v. 31. Deut. 12. v. 3. &  
 Matth. 26. v. 52. Gail. 2. obj. 110. n. 9. Idemque esse 2. in Patricidio,  
 Infanticidio, Matricidio, Ixoricidio, Latrocinio, Assassino tradit  
 Schwartz. disp. In ang. de jure aggrat. concl. 10. lit. c. Inde Papinianus  
 Garacallæ fratricidium excusare recusans: Non tam facile est, inquit,  
 excusare homicidium, quām perpetrare, nec ob principiis gratiam of-  
 fendendam justitiae majestatem 3. in Blasphemis his enim remitti non  
 potest poena in Deum commissa Lev. 24. v. 14. 15. 16. Reform. Guter Poli-  
 cey zu Augspurg de anno 1530. tie. von Gottes Lästerung & Königl. Sa-  
 zung von Gottselüster de anno 1495. 4. Idololatris Exod. 22. v. 20. 5.  
 Magis & Veneficis Exod. 22. v. 18. 6. Sodomitis, Incestuosis, virginum  
 raptoribus Exod. 22. v. 19. Schonborn, i. Polit. c. 14. vers. neque siccari.  
 7. Et adulteris Levit. 18. v. 20. & 20. v. 10. Carpzov. præx. crim. q. 150. n.  
 39. & 30. unde Rex Bassanus Sicamber nec proprio pepercit filio suo 103  
 in adulterio deprehenso, ita, ut eilachrymæ procerum vitam salvare  
 non potuerint, Norderman. de jure princip. conclus. 48. Idem est 8. 102  
 quoad delicta, quæ contra jus naturæ perpetrata sunt; quamvis enim  
 in his quantitas poena & qualitas non sit constituta, ipsa tamen na-  
 tura dictante poenam merentur, nec impunita manere debent. Limn.  
 d. c. 8. n. 278. 9. Poenæ quoque, quæ mutuo & uniformi gentium ju-  
 re & consensu receptæ & definitæ, non facile, nec absque urgentissi-  
 maratione & causa remitti debent Limn. d. c. 8. n. 279. Anton. Matth.  
 de crim. ad lib. 48. ff. tit. 19. n. 2. Nec 10. in poenis delicto-104  
 rum contra securitatem publicam, vel in ipsius reipubl. vel privati a-  
 licuius detrimentum commissorum principis abolitioni locus est,  
 nisi Reipubl. proceres, vel damno affecti consentiant vid. Zos. adff.  
 tit. de sent. paſ. & refit. n. 3. Sed nunc merito queritur, annè in his  
 enarratis delictis poena dispensatio sive mitigatio penitus sit præclu-  
 sa. Principibus & Magistratibus; & non immerito dubitatur? Quid es-  
 nim si lex ejusdem generis vel efficacia, vel etiam majoris concurre-  
 ret, & remissionem suaderet? Quid sis ilus publica, tanquam suprema  
 lex, dispensationem flagitaret? Annè omnem aequitatem & gratiam  
 respuat jus divinum? Job. Althus. Dicaolog. lib. 1. c. 16. num. 6. & seq.  
 Nonne melius erit, unus ut servetur, ne unitas periclitetur? Cum fa-  
 cillimè in eo summi Numinis speretur venia, per quod multorum sa-  
 lus & incolumitas procuratur 110. C. de feris. Verum in hisce casibus, 106  
 D quia

quibus de pœnis jure divino constitutis vel dispensandis vel remittendis agitur, cum Principum imprimis conscientiam concernant, ad iudicium Theologorum recurendum esse vulgo traditur, quod etiam Scabini Lipsienses consuluerunt, prout videre licet apud Carpz. prax. crim. q. 150. n. 43. Eodem collimat Campinella de Monarch. Hispanica lib. 9. uti tribunal Gratia instituendum esse putat, idque constare debere ex ipso Rege, ejus conjugi, & primogenito, ac præcipuo 107 Religionis Antistite Forstner. hypom. polit. 37. insin. Differre interdum etiam remedium esse, ubi largiri flagitiosum, & negare periculum, docet idem Forstner. in not. ad Tacit. lib. 1. annal. vers. cum arbitrio 108 triū Senatus. Cum autem delicta omnia ex proposito ac animo delinquentis aestimantur, ubi enim dolus delicto non dat causam, formaliter delinquentem commississe factum prohibitum vix erit dicendum, cum voluntas maledicta distinguat l. 14. ff. ad L. Cornel. de sciar. l. 37. 53. ff. de furt. §. 5. Inst. de usucap. & haud nocens esse censeatur, quicunque non sponte nocens est; Ideo multæ dantur circumstantiae, quæ criminis pœnam mitigare possunt, si vel ætas, vel alia ratio delinquentis actum illicitum excusat; quapropter dispensationem, 109 pœna partiale, nisi totalem, sperare possunt, qui pleno intellectu ac 110 voluntate destituti committunt. Tales sunt furiosi, mentecapti ac Melancholici, quoniam nec velle nec nolle cum ratione distinguunt, III secundum l. 12. ff. ad L. Corn. de sciar. His accensentur Senes, qui, propter ætatem decrepitam, virili mente carent, & puerascendo delinquunt arg. l. 3. §. 7. ad Sct. Silan. l. 2. ff. de Term. mot. Cum imputere quoque dispensari potest, nisi malitia ætatem impleat l. 7. C. de pœn. l. 23. ff. de furt. Constit. Carol. art. 164. Ebrii, qui inopinato & immodico potu obtutti, mentis alienationem patiuntur, cum delinquunt, l. 6. §. 7. de re milit. c. inebriaverunt XV. q. 1. c. 14. de vita & honest. cler. dolus enim & affectus delinquendi ubi non adest, ibi quoque esse nequit delictum, pœna ordinariæ dignum. l. 7. §. 4. de Jurid. l. 1. §. 3. ff. l. 5. C. ad L. Corn. de Sic. l. 7. §. 4. ff. & §. 3. Inst. de L. Aquil. Sapè etiam excusat & dispensatur cum eo, qui justo dolore commotus, aut necessaria defensione impulsus deliquit, & tunc vel intotum, vel pro parte. l. 14. §. 6. de bon. libert. l. 38. §. 8. ff. & l. 4. C. ad 112 L. Jul. de Adult. & simil. restit. His tamen eum adnumerare, qui calore iracundiae deliquit, nefas erit; arg. l. 5. C. de Jurid. Constit. Carol.

112.



art. 537. Dass ein Todtschlag aus Zorn gehan / mit dem Schwerbl  
gestrafft werden soll. Cum alias omnia delicta manerent impu-  
nita, contra l. 51. ff. ad L. Aquil. regula itaque ex l. 18. de R. J. l. 2.  
C. de Abolit. can. si quis iratus II. q. 3. deducta, tunc demum univer-  
salis erit, cum actus delinquentis sine tertii præjudicio retractari  
possit, nec ejus lăsionem importet. Si autem delictum jure natu- 113  
re quidem turpe, ac lege divinâ prohibitum, exinde tamen non  
determinata sit poena capitalis, sed jure civili demum, tum in a-  
liorum terrorem, tum in legum majorem observantiam, ac Princi-  
pum reverentiam, facta fuerit summa; tunc certè ex justa causa prin-  
ceps veniam largiri potest. vid. Carpzov. prax. crim. p. 3. q. 150. n. 39.  
Politicus enim magistratus leges quas cum ratione condidit, easdem 114  
potest tollere, mitigare, & poenam remittere. Quoniam legibus civi-  
libus est superior. Inter hæc autem delicta refertur Furtum, 115  
quod nec jure divino Exod. 22. v. 4. nec jure Justinianeo capitale 116  
est §. 5. Inst. de obl. quæ ex quasi delict. nasc. l. 50. de furt. Nov. 134. c.  
ult. sed postea demum Conf. crim. Carol. V. art. 159. tale factum. Et  
iha in eo dispensationem locum habere testatur Magnif. Dn. Richter.  
p. 1. decif. 4. n. 32. Ne autem nimis prolixus sim unicum adhuc ad-  
dam & hanc sectionem concludam; Solet enim istis, qui publica-  
scandala præbuerunt, & plerumque scortatione, in cætu fidelium, pu-  
blica deprecatio à magistratu Ecclesiastico injungi: Quæritur ergo  
an ista deprecatio publica in penam sive multam pecuniariam con-  
verti possit per dispensationem ejusdem Magistratus? Et veniam im-  
petrare posse, quo minus deprecatione publicâ graventur, substitutâ  
in ejus locum multâ pecuniariâ, idque si justa ex causâ hoc videtur  
Consistoriis, docet Carpzov. Jurispr. Confist. lib. 3. tit. 7. def. 86. hoc  
etiam vult Seren. Elector. Sax. in Decreto Synodali de anno 1624. §.  
Und nach dem wir vermerken circafin. ibi: Doch sollen dennoch die  
Pfarrer für sich selbst solche Straffe niemals anordnen/sondern alle  
Fälle an ihre Superintendenten / und dieselben hinwieder an die  
Consistoria berichten/welche Macht haben sollen/nach Besindung/die  
Verbrechung und Beschaffenheit der Sachen entweder eine sol-  
che KirchenBuß oder an derselben statt eine Geldstraffe  
in das Gottes-Haus zu verordnen.

Sectio VI.

De

FORMA DISPENSATIONIS.

1. **S**equitur nunc causa formalis in hac materia consideranda. Quo-  
niam autem materia fuit diversa, ita etiam pro materia qualitate  
forma. Consistit autem dispensationis forma, ut patet ex genero  
definitionis, in relaxatione juris communis, & est ipsa actualis miti-  
gatio sive remissio iuris, seu ipsa actio dispensantis & gratiam acce-  
ptantis l. 55. ff. de O. & A. l. 10. ff. de donat. A parte itaque impetrant-  
is dispensationem, debet ea peti debitâ humanitate ac observan-  
tiâ, & secundum consuetudinem ac stylum curiae, qui perfectius in  
ipsis rerum argumentis quotidie apparet arg. S. pen. Inst. de falso.  
c. 6. de criminis falsi. Deinde etiam requiritur, ut non tantum cau-  
fas ad dispensationem Principem moventes recenseat, sed etiam il-  
lud, quod exorare satagit, candidè & sincerè proponat, quoniam ex  
falsis narratis concessa dispensatio, non fortiter effectum in jure ac-  
judiciis l. 2. C. de his, qui ven. at. imp. Idque communiter fieri solet  
ac debet per libellum supplicem l. ult. C. de prec. Imp. offer. ex quo  
Princeps vel Magistratus circumstantias rei petitæ sive delicti & per-  
sonæ potenter qualitatem planè ac plenè percipere, atque eò facilius  
voluntatem suam ad dispensationem inclinare, & clementiam ad-  
hibere, si personæ qualitas & rei petitæ ratio id permittat, potest arg.  
l. 31. ff. de pen. l. 5. S. 7. de Re misit. l. 1. §. 2. ff. de constit. Princip. A  
parte vero dispensantis requiritur 1. ut Principes vel Magistratus,  
qui hoc regale habent, non properent ad dispensandum, sed parci ac  
difficiles sint, & quidem 2. in Matrimonialibus, ac præsertim in eo  
gradu, qui divinitus prohibito gradu est proximus, videlicet in secun-  
do gradu linea æqualis; quin & in consanguinitate dispensatio faci-  
tarius, quam in affinitate, ut benè monet Joh. Gerhard. in loco de con-  
jug. S. 346. pag. 510. Joachim. Beuss. de spons. & matr. p. 2. c. 56. ver-  
interdum tamen, rationem diversitatis suppeditat Georg. Schultz. 123  
arb. consang. c. 8. membr. 2. n. 96. Quod major ratio prohibitionis  
inter cognatos intercedat, puta consanguinitatis aut sanguinis vin-  
culum, quam inter affines, inter quos maximâ ex parte honestatis tan-  
tam justitia militat. vid. Bechstad. in collat. jur. connub. p. 2. c. 30.

pag.



pag. 139. sub fin. vers. quod tamen &c. s. pag. 169. Verendum est etiam; ne ex frequentiori concessione matrimonii in gradibus prohibitis dispensatio fiat dissipatio boni ordinis & legum honestarum *Aym.*  
*Gravett. consil. 135. n. 45. & seqq.* Cum etiam dispensatio nihil aliud sit, quam privilegium personis certis datum, propterea etiam rae-  
 rior esse debet, quia usu compertum est, nimia privilegia subditis in-  
 dulta perpetuam contentionis & litium materiam aduersus alios  
 praebere *Philip. Cominæ lib. 8. comm. pag. 601. Frossard. lib. 2. hisp.*  
 de occasione belli Flandr. 2. Non fiat sine justa & probabili causâ c. na-  
 vis illa can. *dispensationes I. q. 7. Dom. Soto de J. & J. lib. 1. q. 7. art. 3.*  
 ita ut in dispensatione interveniri debeant 1. Necelitas, 2. Utelitas, 3. 12.  
 Conguitas, & 4. Honestas arg. c. *literas de Restit. spoliat. cap. non de-*  
 bet pen. in pr. x. de consanguinit. & affin. c. *propositi x. de concessione*  
 præbend. Et nunquam in matrimonialibus dispensatio decernenda; 13.  
 sine certa pecunia multa *Carpz. Jurispr. Consil. lib. 2. t. 7. def. 125. n.*  
 9. & seq. Quam si ob paupertatem solvere nequeunt, carcere puni- 14.  
 untur def. 129. ac si ante dispensationem se carnaliter commiscue- 15.  
 rit, multam dispensationis pariter solvere, & pecuniam stupri lucre  
 debent; nec una alteram consumit, multiplicatis siquidem delictis  
 multiplicanda sunt poenæ 1. 28. §. solent & s. *graftatores ff. de pœn. I. i.*  
*ff. de jur. patron. I. 8. C. ad L. ful. de vi publ.* De poenis præseruita 16.  
 capitalibus delinquentium Principes ac alii Territoriorum Domini  
 non facilè, ac sine justa & magna causâ ad dispensationem procedere  
 debent, ne laxior peccandi licentia inducatur 1. 14. C. de pœn. Ni- 17.  
 mis siquidem lenitas peccandi occasionem præbet, imò libidinem ef-  
 frenata juventutis accedit c. *ut clericorum x. de vita & honest. cler.*  
 Qui enim uni indulget, ad prolapsionis contagium provocat univer- 18.  
 los, & impunitas delicti incentivum est delinquendi can. est *injusta*  
 33. XXIII. q. 4. Nec facilè secundum desperat effugium, qui laque- 19.  
 um prioris criminis evasit *Symmach. lib. 10. Epist. 44.* Et malitiosi 20.  
 homines veteris delicti impunitatem non tam emendationi, quam  
 consuetudini deputare, ac dimissi gaudia latitiamque contaminare  
 solent, 1. *nemo 3. pr. & fin. C. de Episc. and.* Atque inde delicta post 21.  
 impunitatem commissa, ab ipso magistratu veniam dante commissa  
 videntur, qui si primo perpetrato delicto præfertim capitali, legitimo  
 iustitiae mucrone communis securitatis violatorem jugulasset, iterato

non delinquisset, sicut aliquando magni Nominis Principi, qui homi-  
cidæ semel atque iterum indulserat, relatum testatur Reinking. de R.  
S. & E. lib. 2. claf. 1. c. 8. n. 69. Quod etiam Gallia Regi contigisse  
scribit Bachov. ad Trent. vol. 2. disp. 30. th. 3. lit. g. Unde sine justa  
causa restituens peccat contra rempubl. quæ eget severis exemplis ad  
cohibenda facinora, nec ullâ re citius corruptitur, quam poenarum  
23 elusione, ut ait Mevius ad Ius Lübeckense lib. 4. tit. 15. Summa igitur  
Principis & Magistratus prudentia, maximâque curâ opus erit, ut fal-  
sas nonnullorum & commentas juris dispensandi causas à justis & le-  
gitimis separet, & sic cognita delicti gravitate, probè ponderata cau-  
sarum & personarum qualitate, illud demum eligat & concludat,  
quod neque reipubl. damanum, propriæ conscientia maculam, vel pri-  
vatis injuriam inferat; aut quod maximè verendum, ne divina justi-  
tia ob humanæ justitiæ perversam administrationem, ad justam iram,  
totiusque terræ eversionem provocetur. Confer Nov. 77. & addere con-  
silio, quod dedit Magistratui Limnaeus de jure publ. lib. 4. c. 8. n. 277.  
Carpz. de L. Reg. c. 9. scđ. 11. n. 7. ubi ait: hanc gratiam nec semper  
nec cuivis faciat Imperator, benè prospiciat, ne scilicet ex gratia fiat  
24 injurya, & benefaciendo labefactetur justitia. Si autem justam ha-  
beat Princeps causam, quarum plurimas refert Tiraquell. tr. de pen.  
temp. per tot. Farinac. prax. crim. p. 3. tit. de pen. temp. Gail. 2. obs. 110. per  
tot. ut sunt: artis insignis & excellenti peritia, reorū multitudine, meri-  
torum probatio, adversarii provocatio, delicti diuturnitas, dormientis  
delirium, ignorantia, ebrietas, ira ex justo dolore, furor, ætas, probitas  
vitæ anteactæ, casus, officium, disciplina, poenitentia, intercessio &c. de  
quibus singulis vid. Carpz. prax. crim. p. 3. à qua f. 142. ad 150. ordine ex-  
25 plicantē pro lubitu dispensare potest. Videndū quoq; & probè prospic-  
ciendum est, ne in casibus illis, quibus ob justam causam ordinariā  
mitior poena imponitur, capitalem in pecuniariam statim conver-  
26 tant: Dantur enim alia poena, quibus reus capitali poena remissa, ex-  
tra ordinem mitius puniri potest. Exemplo enim perniciosum est, re-  
missa poena capititis, non nisi pecuniarias poenas infligi, cum hoc judi-  
cibus in alienis grassandi facultatibus occasionem præbeat Anton.  
27 Marth. de crim. ad lib. 48. ff. tit. 18. c. 4. n. 12. ubi rectè reprehendit  
judices, qui ut plurimum poenam mortis convertunt in pecuniariam,  
non ut æstati aut culpe veniam dent, sed ut crumenas loco capititis e-  
vacu-

vacuent: De quo etiam conqueritur Valent. Winther in paribet. II. 28.  
*tigioſ. lib. 1. c. 14. n. 2.* Hoc malitioso, inquiens, ſeculo Criminalia  
 non abſimiles chirurgis, qui ut in multis rusticorum vulneribus, ita hi  
 plurimis ſubditorum delictis gaudere ſolent, facilem nocti ſpoliis a-  
 lienis penu ſuum locupletandi occaſionem, unde in multis indicen-  
 dis latantur, & impie dicunt: Es haben dieſes Jahr über/die Brüche 29  
 oder Geld Buſſen, Gott ſey Lob und Dank/ ein ehrliches getragen/etc.  
 Ultimo loco ad formam dispensationis requiritur, ut imperata inſi- 30  
 gūis ac subscriptionibus Principis vel Magistratus confirmata ſit.  
 Reo enim ſumma pere expedit, ut per ſcripturam imperatam diſpen-  
 ſationem ſive delicti remiſſionem eō facilius probare poſſit.c. 17. de  
 Simon.

## SECTIO VII. ET ULTIMA

*De*

## EFFECTU DISPENSATIONIS.

Nunc poſtremo loco dicendum, quis ſit Effectus dispensationum. 1.  
 Eumque ſecundum divisiones noſtras ſupra traditas, perlustra-  
 bimus. 1. In rebus Eccleſiaſticis, ii, qui in peccato mortali con- 2.  
 ſtituti ſunt regulariter promoveri non poſſunt ad officia Eccleſiaſtica, 3.  
 niſi pœnitentiā peractā, & dispensatione impetratā: eā obtentā dignè  
 & licetē peccatoribus eccleſiaſtica ſacramenta administrare poſſunt.  
 can. multi diſ. XL. can. illud diſ. XXV. can. audi XI. q. 3. vid. Spe-  
 culatorem longam ſeriem effectus diſpensationis enarrantem d. rubr.  
 de diſpensat. §. de Effeſtu &c. 2. In cauſis civilibus & præcipue in ma- 4.  
 trimonialibus, hunc habet effectum, ut nuptias de jure illicitas ac in-  
 iuftas, in quibus operante lege, nec uxor nec vir nec matrimonium  
 nec dos intelligitur §. pen. Inſt. de nupt. l. 3. ff. de jure dor. l. 4. Et aub.  
 Inceſtus de inceſt. nuptiis, princeps vel magistratus diſpensans cognitis 4.  
 circumſtantii legitimet, ac licitas pronunciet; tunc enim omnis ma-  
 cula turpidinis tollitur, exque matrimonii legitimi vim confe-  
 quuntur arg. l. 1. C. ſi nupt. ex reſcript. pet. Econtra ſi diſpensationem 5.  
 non impetrarunt in gradibus prohibiti contrahentes, non ſolum  
 gravi careeris poena, ſed ſep̄e ad evitanda ſcandalū, & ne contra lau-  
 datum Eccleſiaſe uſum, aliquid novi introducatur, ipſis dōmiciilio mu-  
 ratio dictari ſolet teſte Schneidw. ad ſit. de Nupt. de arb. aff. n. 22. Et  
 ſic.



Sic etiam Witebergetis pronunciarunt anno 1625. 6. Octobr. hat  
N. N. sich mit seines Waters Brudern Lochter ethlichen verlobt und  
sie beschlossen/ ob nun wol in Landüblichen Rechten die Ehe zwischen  
abgenandten Personen / als die einander im andern Glied gleicher  
Linien in der Blutfreundschaft seithalben verwandt seyn/ verboten;  
Demnach aber und dieweil derselbe Grad in der heiligen Schrifte  
(wie auch in den Keyslerlichen Rechten) nicht verboten / sondern zuge-  
lassen/ als kundte von der hohen Obrigkeit disfalls dispensari werden.  
Es wird aber beyden Theilen/ Ergernis zu verhüten und daß wider  
der Kirchen loblischen Gebrauch keine Einführung gemacht werde/  
sich von dannen an andere örter zu begeben und zu wenden bislich auss-  
gelegt/ und mögen daselbst wissentlich nicht geduldet werden. V. R. W.  
6 Tandem poenarum dispensatio hunc habet effectum , ut reus vel in  
totum, vel pro parte à delicti poena liberetur l. 8. §. fin. C. de vi publ.  
l. 3. C. ne sanct. bapt. iter. l. 2. C. de sentent. paß. l. 3. C. de gener. abolit.  
7 Quæritur autem quando generaliter poena remittitur. an sit restitus  
etiam honor, fama, ius atque dignitas? & respondetur quod remissio  
sive dispensatio poenæ ex voluntate remittentis astimanda sit arg. c.  
24. x. de privileg. quod autem generali remissione non fiat in præ-  
dictis restitutio , suadent l. fin. C. de gener. abol. l. 22. §. 4. ad municip.  
8 l. 4. l. 7. 8. C. de sent. paß. Secus autem est, si specialiter reus in o-  
mnia pristina jura restitutus fuerit; tunc enim omne illud recipit,  
quod sententiâ amisit l. 2. 4. 7. 9. 13. §. ult. C. d. 1. l. 2. ff. eod. vel si quædam  
exprimantur cum generali clausula: Et omnibus cæteris: vel si resti-  
tutio fiat in integrum; Talis siquidem dispensatio omnia pristina  
restituit l. 1. C. d. 1. Concessâ itaque poenæ relaxatione reus super  
eodem criminis accusari ac puniri nequit. l. 1. §. 10. ff. de postul. l. 1. C.  
11 de sent. paß. Neque remissum crimen aliquis restituto libidine ca-  
lumniandi objicere potest, quin huc detur actio injuriarum l. 10. C.  
d. 1. l. un. C. de famos. lib. l. 3. C. de off. Recl. provinc. Conf.  
Carol. art. no.

HIC ESTO FINIS  
ET DEO GLORIA.

MAP



ΠΑΡΕΡΓΑ

540

*Quia spati aliquid superest, corollaria quadam de jure Asylorum, quod nostra materia non prorsus est dissimile; annetam, in illis enim vel Divino Numine vel Principum Majestate homines ab externa vi defenduntur. Sit ergo*

I. Asylorum origo est vetustissima, & tam apud Judaeos Num. 35. v. 10. Deut. 19. v. 2. quam apud Ethnicos Dionys. Halicarnas. lib. 2. in Sicheo Achill. asyla fuerunt adde Gerhard. tr. de magistr. polit. §. 231.

II. Christianis asyla retinete licet. per Nov. 17. c. 7.

III. Loca asylorum fuerunt vel lacra 4. Reg. c. 11. v. 15. ut Ecclesia, & circum circa eam quadraginta passus can. 6. XVII. q. 4. dicuntur Gottes Fried/ Kirchen Freyheit. Vel prophana Ios. 20. v. 2. Freystädte/ Freyheiten. Tale aperuit Romulus ad lucum opacum & vallem inter capitolium & arcem, de quo Ovid. Fast. lib. 3.

Romulus ut Saxo locum circumdedit alto

Quilibet hoc, inquit, confuge tutus eris.

IV. In Principum statuis quoque jus asyli quandoque fuit l. 17. §. 12. ff. de Aedilit. Edict. l. 1. C. de his qui ad statuum conf. multò magis apud ipsum Principem. Mager. tr. de Advocat. c. 15. n. 84. & seq.

V. Regum domus antiquis pro asylis quoque fuere refert idem Mager. d. tr. c. 15. n. 87.

VI. Hodie palatia Principum & Statuum Imper. securitate gaudent; ubi enim Princeps est, ibi quoque securitas l. 1. C. de his, qui per med. jud. non appell. l. fin. ff. quod metus causa. Hering. de jure Burgorum Chassan. in catalog. glor. mund. p. 5. consil. 24. n. 125. Solent enim Principes Imperii in palatiis aliisque locis publicis an den Schlössern Residenzen affigere signum & inscriptionem pacis publica Burgfrieden quo loca ista sanctificantur & ab omni scelere & injuriā immuniasint. Harpprecht. ad §. 10. Inst. de R. D. ubi si quis temerè aliquid admiserit & quempiam læserit, tanquam violator pacis, acrioribus poenis & plerumque manus amputatione puniri solet, secundum l. 9. §. 3. ff. de R. D. Otweil Er den Burgfrieden gebrochen/ vel in contemptum Principis deliquerit Kylling. de Ganerb. cafr. discurs. 3. n. 55. Hering. d. tr. c. 1. n. 723. adde tamen Nicol. Myler. dis. de Stat. Imper. conclus. 58. n. 3.

E

VII.

VII. Si autem quis als quem in loco securitatis, da der Burgfries den ist provocaverit, in poenam violatae pacis non incidit Dn. Nic. Myler. d. tr. conclus. 58. n. 7.

IX. Quilibet Princeps quoad subditos in territorio delinquentes asyla constituere, & locum aliquem ita privilegiare potest, ut homicidae illic refugientes à poena per tempus liberentur arg. l. r. C. de his qui ad Stat. Princ. fug. exemplum vid. apud Georg. Rittersh. de asyl. c. 5. n. 5. Secus quoad non subditos, cum hoc solùmmodo Imperatoris est reservatum Myler. conclus. 57.

IX. Delinquentes ad asylum refugientes non omnino ab omni poena immunes sunt; Contra Canonistas: sed tantum à molestia carceris liberantur, ut ex locis istis privilegiatis causam suam comodius defendere possint C. Klock. de contrib. c. 18. n. 198. & seqq.

X. Non omnibus, sed qui imprudenter, sine do/o malo vel non ex proposito deliquerunt, refugium ad asylum concessum est; ut hi serventur & ab iniuriis defendantur Casp. Klock. consil. 10. n. 324. Gauß. pelshaim. de civitat. apud Atum. tom. 2. disc. 9. conclus. 246.

XI. Debitoribus quoque ex Infortunio quodam obèratis, ne à creditoribus in carcerem conjiciantur, perfugium in asylis concessum Harpprecht. ad S. i. n. 30. & 32. Inst. de his qui sunt sui vel alien. jur.

XII. Si homicida se in Ecclesiam vel asylum per fugam recipere satagat, apparatores autem eum insequantur, ille verò pedum velocitate lictores vincat & asylum attingat priusquam ab ipsis prehensus fuerit, lictoribus hoc casu non est integrum, asylum ingredi & homicidam extrahere per l. 6. C. de his qui ad Ecclesiam c. 6.: immunit. Eccles. Farin. tr. de carcer. q. 28. n. 41.

XIII. Idem statuendum esse, si ob delictum incarceratus, rupto carcere aufugiat & in asylum se recipiat, ita ut ibidem tutus sit, donec species facti & circumstantiæ expositæ Judici vel Magistratui fuerint, exiliuant Decian. pract. crim. lib. 6. c. 28. n. 28. Farinac. tr. de carcer q. 28. n. 42.

XIV. Magistratui seculari vel judici, si delinquens poenâ dignus judicatur, licitum est, illos propriâ autoritate distrahere ab Ecclesiis & asylis, non obstante opinione Gigantis tr. de crim. laf. Adajesh. princ. c. 10. n. 4. dicentis, hoc esse de reservatis Papa. In quo enim casu non gaudet delinquens immunitate Ecclesiæ, judec eum sine licentia Episco-

pi ex-



pli extrahere posse tradit Boër. decis. 100. n. 2. & hanc esse communem  
opinionem refert Clarius s. fin. q. 30. n. 20.

**T**um benè dispensas Themidi tua tempora, nobis

Eximiaeque artis munera clara tuæ:

Grata Themis rursus Tibi dispensabit honores.

Conferet & studiis præmia larga tuis.

Clariss. Dn. Doctorando honoris & benevolen-  
tia causâ gratul.

Christoph. Philip. Richter D. Com. P. C.

Conf. Sax. Prof. P. & Fac. Jur. Senior.

**P**arcit quæ corvis censura premitque columbas;

Quæ luci tenebras imputat, atra nivi

Gratia quæ numis indulget, agitque secundas

Sordibus, aut vitiis quæ timet ipsa suis;

Hanc dicis veniam? Hæc dispensatio vestra?

Hæccine sunt curæ pensa futura tuæ?

Non puto, VÖLSCHENI: Male dispensatur ab isto.

Ætas, ingenium, res sua, fama, fides

Quæ pensat ius cuique suum, mens concilia, durat

Suda sibi, fruitur se, potiturque sui.

in honorem Clariss. Dn. Doctorandi

Joh. Strauch. D. P. P.

*Ad Clarissimum Dn. Doctorandum Amicum suum  
dilectissimum:*

**N**obilis est arbor, nî fallor, palma, vocatur,

Quam, veluti referunt, pondéra nulla premuntur.

Fortior ast contra molém quamcunque resurgit.

Naturam, hancce suam juro dedisse Tibi.

Qui, forsitan quæris? dicam conamine fausto.

Postquam es molitus dogmata vasta Themis,

Dicendum est, quod sis grandi quasi mole gravatus.

Nec tamen hinc animum, Portio clara Themis.

VÖLSCHENI, revocavisti; sed gnaviter usque

Jus perrexisti, dummodo culmen habes.

Lau.

*Laudo: dispenset, sic nunc tua fata J E H O V A;*  
Ut claræ Spartæ præficiare statim.

P R A E S E S.

**S**i caute, ut monstras, pia dispensatio quid sit  
dispensas judex, commoda multa feres.

Quod

Clarissimo, & Praeeximio Dn. Doctorando, Amico,  
Fautor, & Inquilino suo satis dilecto  
gratulabundus adponebat, & de novis ho-  
neribus cordicirius ominatur

Hieronymus Mühlspfort/ J. U. D. Cur. Prov.  
Sax. Advoc. & Consil. Hoenloic.

In honorem  
Viri Clarissimi Domini  
**CHRISTOPHORI VÖLSCHENI,**

J. U. Doctorandi,  
Amico suo quondam in Almâ Salanâ familiarissimi

A H A S V E R I F A I T S C H I , J. U. C.  
& Perilluстр. Dn. Com. Rudelst. Schwartzburg. à stud. Jurid.  
Ex anlâ Leitenburgensi missum.

**S**udasti mecum multos, VÖLSCHENE, per annos,  
Cùm tua sit nostræ juncta Salana Themis.  
Nunc intra Themidos sacrata palatia sacræ,  
Et cape militiæ, justa tropæa tuæ  
Auspiciis latis, felici sidere tendas,  
Quo Deus, & quò Te conscia fata trahunt.  
Vive diu, sed vive mei non immemor unquam;  
Cenfuero, cen me Fata fuisse volunt.




**ULB Halle**  
005 132 584



3

V017





B.I.G.

Farbkarte #13



1659, 19  
493  
21  
DISPUTATIO INAUGURALIS  
de  
**DISPENSATIO-**  
**NIBUS,**  
*Quam*  
Deo Uno & Trino feliciter annuente  
Ex Decreto & Autoritate  
*Magnifici ac Nobilissimi Iectorum Ordinis in Illustri Academia*  
**JENENSI**  
P R E S I D E N T E  
V I R O  
*Nobilissimo, Consultissimo, Amplissimo atq, Excellentissimo*  
**DN. ERNESTO FRIDERICO**  
**SCHRÖTERO, J.U.D. Prof. Publ. meritissimo, Consiliario Saxon. Curiae Provincialis & Scabinatus Adfessore gravissimo, hodiè Decano Juridicæ Facultatis Spectatissimo,**  
Patrono, Promotore, Praeceptore ac Hospite etatem observanter suscipiendo  
**PRO LICENTIA**  
Summum in Utroq; Jure Nobilis Docturæ gradum ejusdemque Honores, Privilegia & Insignia competenter ac ritè capessendi,  
*Publica Eruditorum disquisitioni sspit*  
**CHRISTOPHORUS VÖLSCHENIUS,**  
Wustrovensis Brunsvicus,  
*In Auditorio Juridico*  
Ad diem 2 Februar. horis pro & pomeridianis.  
JENÆ, Literis JOANNIS NISHI, clo loc LIX.

